



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LIII. Johann Gruelhut beschenkt die Petricapelle zu Brandenburg, behufs ihrer Herstellung, am 2. Dezember 1314.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

deficeret, quod denarios dictos non daret aut forte non haberet, tunc In viciniore termino cum sepe dictos denarios procurare poterit, tam neglectos, quam tunc dandos ministrabit. Vt autem nostre vendicionis et donacionis actio Imperpetuum stabilis perseveret, presens scriptum Sigillo nostro nostrique capituli fecimus roborari. Acta sunt hec presentibus hiis Domino hinrico, plebano In lubenitz, decano fratrum Kalendarum, et magistro vlrico, decano collegii Sancti Bartolomei In Cerwist, Et magistro Henrico, canonico ibidem, Et domino Johanne, plebano sancti nicolai ibidem, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum In monte lytzka, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XIII, sexto Kalendas Augusti.

Copiale No. 53 f. 12—13 des Königl. Prov.-Archivs zu Magdeburg.

LIII. Johann Gruelhut beschenkt die Petricapelle zu Brandenburg, behufs ihrer Herstellung, am 2. Dezember 1314.

Ad notitiam omnium quorum nosse interest et intererit in futurum cupimus devenire, quod honorabilis Dns. Johannes dictus Gruelhut, Magd. Ecclesie Canonicus, pium et devotum circa capellam antiquam Beati Petri Principis Apostolorum sitam juxta Cathedralem Ecclesiam Brandenburgensem gestans affectum, ad reformationem eiusdem Capelle, quam vidit sicut et nos vidimus adeo dirutam quondam et desolatam, quod nullo frequentaretur fidelium accessu, nec divina officia ibidem unquam agerentur, devotius cogitavit, sed attendens, quod absque temporalibus spiritualia subsistere nequeunt, In remedium anime sue ac animarum patris sui Theodorici militis et Facye matris sue omniumque progenitorum et heredum suorum, quorum Rectores huiusmodi Capelle Ecclesiasticis suffragiis memoriam habere teneantur, Et vt anniversarius Reverendi felicis recollectionis Dni. Volradi, predecessoris olim Brandenburgensis Episcopi, cum vigiliis et missa in choro per canonicos Ecclesie Brandenburgensis et pitantie huiusdem Canonicis de infra scriptis facienda singulis annis perpetuo solemniter peragatur, quatuor choros filiginis de bonis suis Clebelock, liberam solus habens rerum suarum administrationem, in dotem et pro dote, etiam consentiente fratre suo Burchardo, milite dicto Gruelhut, cum duobus filiis suis Johanne, scilicet et Alberto, coram nobis cum sicut a nobis et ab Ecclesia nostra tenuit, donavit, tradidit et assignavit et resignavit ad usum et commodum dicte Capelle ac Rectorum eius libere perpetuis temporibus possidendos etc. Datum Brandenburg, ab Incarnatione Domini MCCCXIII, IV Non. Dec.

Aus Beckmann's Abschrift.